

## Band IV., Nr. N114, Seite 411-412

*Bischof Konrad von Konstanz bestätigt die Übergabe eines Guts Boos mit der Pfarrkirche durch den Edeln Albert von Bittelschieß und seine zwei Söhne an die Schwestern zu Mengen.*

Konstanz, 1231.

Conradus, divina miseratione Constantiensis episcopus, universis hanc paginam inspicientibus salutem et geste rei noticiam. Noverint singuli, noverint omnes, quod nobilis vir Albertus de Butilscheiz simul cum coheredibus suis duobus filiis predium quoddam Boz cum ecclesia parochiali et omnibus atinentiis suis libere et integraliter viris prudentibus mediantibus contradidit sororibus apud Meningin<sup>a</sup> sub castitatis titulo deo servientibus receptis ab eisdem XL<sup>a</sup> VIII<sup>o</sup> marcis argenti. <br> <br> Acta sunt hec publice in presentia nostri in choro Constantiensi anno verbi incarnati M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXI<sup>o</sup>., pontificatus nostri XXIII<sup>o</sup>., presentibus toto clero Constantiensi, abbate de Salem, de Scaphusa<sup>1</sup> abbate, abbate de Zwiuilda et alia infinita multitudine diverse dignitatis et conditionis. Nos igitur tantorum et talium testium astipulatione fulti donationem predictam auctoritate pontificali approbamus et confirmamus, locum iam dictum cum omnibus suis pertinentiis ancillis dei in eo sub districtione regulari deo servituris ab omni inquietudine et vexatione secularis potestatis omnimodo defendentes. Et ut ista robor firmum in perpetuum obtineant, paginam istam sigilli nostri<sup>2</sup> munimine fecimus roborari.

---

Der Textabdruck folgt dem Original.

<sup>a</sup>Über dem *e* ein Häckchen.

<sup>1</sup>Kloster Allerheiligen in Schaffhausen.

<sup>2</sup>Von dem ehemals anhängenden Siegel ist nur noch ein Stück des Pergamentstreifens an der Urkunde befestigt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Gesamtarchiv der Fürsten zu Waldburg-Wolfegg, Schloss Wolfegg

**Signatur/Titel des Originals:**

WoBai U XLIV

**Überlieferung und Textkritik:**

Original war ehemals im im Besitz der Gutsherrschaft der Fürsten von Salm-Reifferscheid-Dyk zu Baintd.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Konstanz

**Aussteller:**

Konrad II.; Bischof von Konstanz (1209–1233)

**Ortsindex:**

Bittelschieß Wohnplatz (21127)<br> Bittelschieß, Krauchenwies, SIG<br> Boos Wohnplatz (20672)<br> Boos, Ebersbach-Musbach, RV<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Mengen Wohnplatz (21164)<br> Mengen, SIG<br> Schaffhausen, Kt. Schaffhausen, Schweiz<br> Schloss Salem : Salem FN<br> Schloss Salem Wohnplatz (18257)<br> Zwiefalten Wohnplatz (16028)<br> Zwiefalten, RT